Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Postilla super Osee, Iohel, Amos, Abidiam, Ionam, Micheam, Abacuk, Sophoniam, Aggeum, Zachariam, Malachiam, Thobiam, Baruch cum epistola Ieremie, Iudith, Machbeorum I. II, libros Sapiente, ...

Nicolaus <de Lyra>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Postilla super Ionam

urn:nbn:de:bsz:31-87081

Visual Library

Incipit Jonas propheta et
Capitulum primum.

Et factum est. Hic incipit ionas
propheta et dividitur in duas partes
quia primo ostenditur eius inobedie-
ntia 2° penitentia. Quo ad primam
tres quia primo describitur eius re-
bellio 2° rebellantis deprehensio
3° dubium autem 2° deprehensi punitio
3° et dixerunt. Circa primum dicitur
et factum est verbum domini ad ionam qui
prophetavit tempore Jeroboam regis
Israel ut habetur iiii regum xiiii filium
amathi. Dicunt aliqui quod nomen
proprium est patris eius sed hoc non
videtur verum quia secundum omnes
doctores hebraicos et latinos iste
Jonas fuit filius mulieris vidue
quem suscitavit helias iii regum
xvii. Illa non fuit de populo Israel
sed fuit gentilis ut patet per verba
salvatoris luce iiii Multe vidue
erant in diebus helie in Israel et
ergo eius maritus fuit gentilis
talibus autem non dabantur sponse prophete
et tamen oportet hic dicere quod fuit
pater Jone secundum regulam doctorum

Incipit ionas propheta capitulum primum

hebraicorum et catholicorum scilicet quod
qui in principio cuiuslibet prophetie exprimi-
tur nomen patris intelligitur fuisse
propheta sicut et filius. Secundo dicendum
quod amathi est nomen appellativum et
sonat veritatem in latino resusci-
tatus enim filius dicte vidue de sarepta
helie. Nunc in isto cognovi quod vir
dei es tu et verbum domini in ore tuo verum
est et ob hoc puer suscitatus ex tunc
vocatus est filius amathi id est veritatis
Et hoc idem dicit Jeronimus in prologo
sicut aliquis dicitur filius mortis.
Secundo regum xij. Surge et vade in
niniven que erat civitas longe
posita et predica in ea eius subversionem
quia ascendit malicia eius coram me
id est malicia intollerabilis meruit quod sub-
vertatur. Et surrexit jonas ut fugeret
in tharsis civitas est cilicie de qua
paulus fuit oriundus Actuum xxi. Et
descendit in ioppen que portus est
in iudea super mare mediterraneum. Que de-
dit naulum eius id est precium navis propria
deportatione. Hic oriuntur duo du-
bia. Primum quare volebat fugere. Ad
cuius intellectum sciendum quod duplex est
prophetia quantum spectat ad propositum.
Una que dicitur predestinationis
scilicet quando aliquid revelatur futurum eo quod
est in divina preordinatione et illud
semper impletur. Hoc modo dominus
revelavit samuelem deiectionem
saulis primo regum xv. propter quod
dixit samuel Porro triumphator

in israhel non parcet et penitudine
non flectetur. Neque enim homo est ut agat
penitenciam. Alia est prophetia comminationis scilicet
quando aliqua per ministerium revelatur futura prout
est in causis secundis secundum cursum dispositum
et secundum hoc ysaias de mandato dei
dixit ezechie quarto regum xx. precipe do-
mui tue morieris enim tu et non vives.
talis enim fuit infirmitas quod secundum na-
turam non potuit evadere mortem. Et hec
non semper impletur. Preordinavit
enim deus eum sanare miraculose propter
eius preces et lacrimas. Item sciendum
quod spiritus divinus prout vult tangit prophetarum
corda scilicet minus perfecte vel perfectius.
sicut ysaie fuit revelata mors e-
zechie futura secundum naturale cursum quod
dixit morieris tu et non vives. postea
non eius sanatio miraculosa sicut
ibidem subditur. Revertere et dic ezechie
quod audivi orationem tuam et lacrimam vidi
et ecce sanavi te. Prophetia autem
ista de subversione ninive fuit
tantum comminationis quia tunc non fuit
impleta propter penitentiam ninivitarum.
Veruntamen hoc non fuit revelatum
ione a principio sed solum quod denunciaret
ninive subversionem. Jonas vero con-
siderans diem misericordie mag-
nitudinem. et ex alia parte considerans
quod ninive penitere ad eius de-
nunciationem timuit ne prophetia sua
non adimpleretur et sic propheta falsus
diceretur propter quod voluit mandatum
domini declinare et hoc est quod dicit infra
quarto. Numquid propter hoc preoccupavi

ut fugerem in tharsis prius enim quia
tu deus es clemens et misericors etc. Sed
contra hoc posset dici quod Ionas pro-
phetavit de Ninive minime destructionem
conditionalem scilicet si non penituerint
et sic non posset notari falsus propheta
propter quod ratio fuge videtur nulla
Ad quod dicendum quod Ionas propheta scie-
bat quod probatio verbi prophetici magis
sequitur formam divine voluntatis quam
humane Sicut patet Num. xxiij de Ba-
laam qui volebat maledicere populo Israel
Ionas autem sciebat etiam hanc divinam
voluntatem sed subversio minime commina-
retur absolute et ad interpositionem con-
ditionis non esset pietatis sue ¶ Secundum
dubium est quid volebat fugere a facie
domini quem sciebat ubique presentem per
essentiam presentiam et potentiam
Sciebat tamen cum hoc aperte se speci-
aliter in aliquo loco et non in aliquo
in alio ad aliquem actum determinatum sicut
quantum ad missionem spiritus sancti in
signo visibili fuit in domo in qua e-
rant discipuli congregati statim quod
dicitur Act. secundo Et replevit totam
domum ubi erant sedentes et non
alia loca Tempore autem Ione spiritus
prophetie non dabatur extra gentiles sed
tantum iudeis Nec valet contra hoc
quod Ezechiel et Daniel prophetaverunt in
Caldea quia hoc fuit longe post Io-
ne tempora ¶ Ideo estimavit quod si esset ex-
tra terram Israel non fieret sibi mandatum di-
vini de prophetia annuntiande Sicut
primo Regum dicitur de Saule quod consultus

cum prophetis prophetabat Non alibi licet
deus posset hoc ubique facere Et ideo
Ionas voluit extra terram Israel
fugere hoc etiam adeo permissum est
fieri ut fugiens naufragium pateretur
et a pisce glutiretur in quo triduum
sepulture Christi presignaret Secundum
quod dicitur Mat. xij Sicut fuit Ionas in
ventre ceti tribus diebus et tri-
bus noctibus sic erit filius hominis
in corde terre ¶ Deinde autem hic
consequenter describitur rebellantis
deprehensio sed per tempestatem adeo
missam in mare perquam coactus
fuit suam inobedientiam confiteri
et patet littera usque ibi Et clamaverunt
viri ad deum suum id est quilibet ad deum
quem colebat Dicit enim Ra. Sa. quod
ibi erant homines de variis genti-
bus et diversorum rituum Et Ionas
descendit ad interiora navis horrens
videre tempestatem maris maiorem quam
sciebat eam propter se exortam Et
dormiebat sopore gravi ab superhabundanti
pre tristitia eveniens sicut apostoli in
passione Christi Luc. xxii Et dixit vir
ad collegam suum id est existentes in na-
vi hec inter se dixerunt Venite et
mittamus sortes Dicit autem Ra-
Sa. quod videbat alios ab eis distantes
prospere navigare circa quod tempestas
erat solum circa navem illam et hoc
videtur expresse quod infra dicitur Et
remigabant viri ut reverterentur
ad aridam et non valebant quia
mare ibat et intumescebat super

eos ex quo videtur quod fluctus maris
vehementer contra eos adquantumque preter
solitum vertebant et ex hoc conceperunt quod
tempestas esset exorta propter maleficium
alicuius consistentis in navi et ideo mi-
serunt sortes ad inveniendum aperte qua-
liter aut licitum sit uti sortibus et
qualiter non dictum fuit diffuse in
xxxiii potest tamen hic aliquid breviter
repeti ¶ Circa quod sciendum quod duplex
est sors quedam divisoria quando ad aliquam
rem dividendam mittuntur sortes ut
per hoc determinetur quisque quam partem
accipiat committendo totum eventui
fortune et hoc nullum est peccatum Alia
consultatoria qua per sortes con-
sulitur quid sit agendum vel dimittendum
et sic expectatur ostensio per sortes
a demone et illicitum est si a corpore ce-
lesti cuius effectus ad hoc se non ex-
tendit et ideo non tacet occulto pac-
to demonum ¶ Si autem expectetur a sanctis
angelis nullum est commune nisi in casu
ut tamen hoc sit summe necessitate quod
tunc ad dei temptationem omittatur
pertinet vel si in necessitate debita
dei reverentia omittatur propter quod post
missa oratione apostoli sortes miserunt
in electione mathie vel si electiones
ecclesiastice que in instinctu spiritus sancti
debent fieri sortire sortium committ-
tent ¶ Rationes et auctoritates
omitto quia posite sunt loco supra-
dicto istos tamen non oportet hic
excusare de peccato quia sicut dictum
est erant diversi homines diversos

deos colentes ¶ Et ideo videtur quod
miserunt sortes secundum modum gen-
tilium qui utuntur sortibus superstitio-
sis ¶ Deus tamen qui elicit bona de ma-
lis sic sortes temperavit quod Ionas
deprehensus fuit et confiteri peccatum
suum compulsus fuit secundum quod di-
citur xvi ¶ Sortes mittuntur in sinum sed
a deo temperantur Deo sequitur et dixerunt
ad eum indica nobis quod conferetur
sibi quatuor questiones dicentes Que
est opus tuum quia ex opere malo homo
est puniendus ¶ Que terra tua quia propter
malitiam terre aliquis aliquando punitur
¶ Et quo vadis quia aliquis puniendus
est quia vadit ad locum malum seu pro-
hibitum ¶ Et ad istam questionem respon-
dit se fugere in tharsis ut declaratur
dum precepto ut habetur in supra cognoverunt
enim viri quod a facie domini fugeret quia
indicaverat eis licet hic tacetur
vel ex quo populo quia aliquis filius pro
malo parentis ¶ Et dixit ad eos he-
breus ego sum hoc enim nomine
tenetur a omnibus descendentibus a
iacob patriarcha ¶ Et timuerunt vi-
ri propter offensam dei Ione que
confitebantur deum maris et terre
¶ Et dixerunt sibi contra ponitur
Ione deprehensi punito de quo pro
queritur Quid faciemus tibi etc et re-
sponsio Tollite me et mittite in
mare magis enim volebat solus
mori quam tamen eo alii morerentur oc-
casione sui ¶ Volens etiam per mor-
tem suam placare offensam

dei Et rogabant viri tempta
tes si possent evadere periculum
morte Et clamaverunt ad dominum ne
imputaret eis morte yone Quia
tu domine sicut voluisti fecisti ex opere
ria enim tempestatis iam cognosce
bant potestatem dei quem colebat yonas
Et stetit mare a fervore suo ex quo
manifeste apparuit apud eos transgressio
gressio mandati domini de Jona
Et timuerunt viri ex signis
visis sunt timore ad colendum
eum deum quia hic est super omnem
creatura dominum et hoc bonum e
licuit deus de malo yone Dicit
enim augustinus in enchiridion quod deus a
deo omnipotens est et bonus quod non
sineret mala fieri nisi inde ma
iora bona eliceret Capitulum II.

Et paravit hic consequenter
ostenditur apud eos peni
tentia et hoc ex duobus
primo ex eius oratione 2o ex comen
dati domini consecutione circa primum
intres quia primo ponitur orantis
locus 2o orationis modus ibi et ora
vit 3o exitus ibi et dixit Circa
primum dicitur Et paravit dominus pis
cem grandem quia ei obedit
omnis creatura ad nutum Et erat
yonas in ventre piscis tribus
diebus et tribus noctibus Nec
est mirum si tam diu vixit quia ibi
fuit divina virtute qui potest et ubi
vult et quo vult salvare
Et oravit hic consequenter describitur

orationis modus cum subditur Clama
vi ad dominum pro tribulatione mea erat
enim valde horridum sic degluttiri et
in ventre piscis detineri Et exau
divit me Jonas enim adhuc exis
tens in ventre piscis cognovit
divinitus se exauditum De ventre
inferi id est de ventre piscis qui dicitur
infernus methaphorice quia valde hor
ridum erat et cetera Proiecisti me in
profundum etc. quia pisces tam
magni habitant in profundo maris
Non enim possunt natare in littore
Omnes gurgites tui et fluctus
tui super me transierunt transibant
enim super piscem et ex consequenti super
Jonam inclusum in eo partem
exeuntis usque Ad extrema montium
descendi sicut enim dictum est tales
pisces habitant in profundo maris quod
multum distant a montibus in lit
tore maris consistentibus Terre vec
tes concluserunt me in eternum id est ita
fui inclusus intra littora maris quod
inde non poteram transire nisi ex
divina virtute ideo subditur Et sub
levabis et cetera cum angustiaretur in me
anima mea desperans omni virtute
humana Domini recordatus sum a quo so
lo remedium Qui custodiunt vani
tates in eis persistentes suam
misericordiam quam dereliquerunt id est red
dunt se indignos divina misericordia quod
vanitatibus suis sequendis que
nullius sunt momenti ego autem

in voce laudis ymolabo t(ibi) s(cilicet) cor
meu(m) per vasa contritionis et peni-
tencie q(ue)cu(m)q(ue) vovi reddam h(omin)es
e(ni)m in magna necessitate existentes
solent emittere vota d(omi)no et sic fecit
Jonas in ventre piscis existens
Et dixit hic consequenter po(nit)ur
ap(er)tius Jone exitus cu(m) dicit et dix(it)
d(omi)n(u)s pisci dei dicere e(st) suu(m) facere fecit
e(ni)m piscem Jonam evomere in arida(m)
t(er)ram hoc e(ni)m n(on) potuisset facere
piscis sine dei speciali op(er)atione quia
alit(er) sui magnitudine n(on) potuis-
set tantu(m) a(c)cede(re) natando app(ro)pinq(ua)re

Et factu(m) e(st) Cap(itulu)m III

Et factu(m) e(st) [E]o(d) sponsa Jone penitencia
ex eius oratione hic consequ(en)ter
idem ondit(ur) ex mandati dei p(ro)mp-
ta execucione et divi(dit)ur in duas p(ar)tes
quia p(ri)mo ponitur hec execucio
2º sequens affectio q(uan)to ad p(ro)pha-
ntes quia p(ri)mo po(nit)ur p(re)dicatio
Jone 2º conversio Ninive ibi et cre-
diderunt 3º condescensio in p(re)dica-
tionis die ibi et vidit Circa p(ri)-
mu(m) p(re)mittit(ur) mandati divini rei-
teratio cu(m) dicit(ur) Et factu(m) e(st) ve(r)bu(m)
d(omi)ni ad Jonam s(ecun)do etc 2º subdi(tur)
huius mandati execucio cu(m) dicit(ur)
et surrexit Jonas et abiit in Ni(ni)ve(n)
s(ecundu)m ve(r)bu(m) d(omi)ni Et Ninive erat civi-
tas magna itin(er)e dieru(m) triu(m) di-
cunt aliqui q(uod) tres diete ponebant(ur)
circuendo muru(m) civitatis sed hoc
n(on) videtur ve(rum) quia s(ecundu)m sacram
scripturam et hystoriographos ba-
bilonia excellebat alias o(mn)es
civitates in magnitudine in tantu(m)
q(uod) ph(ilosoph)us dicit de ea q(uod) n(on) erat p(ro)p(ri)e
civitas sed regio clausa muris et
t(ame)n o(mn)ium q(uantu)m ambitus muroru(m) he-
bat triginta duas leucas tantu(m) q(ue)
non faciu(n)t tres dietas completas et
ideo melius videtur dicendu(m) q(uod) iste
tres diete sunt accipiende procedendo
per vicos civitatis ubiq(ue) Sic e(ni)m
habebat Jonas p(re)dicare discurrendo p(er)
pluribus partibus civitatis Et cepit Jonas
introire civitatem itin(er)e diei unius
Dicit(ur) hic aliqui q(uod) Jonas ita p(ro)mp-
te exequebatur mandatu(m) dei q(uod) trium
dierum via(m) una die complevit sed
hoc n(on) videtur textui consonare
quia dicit(ur) et cepit Jonas introire
civitatem itin(er)e unius diei Sic e(ni)m
hoc dictu(m) erit ve(rum) magis dice(re)t(ur)
et Jonas p(er)curr(er)it civitatem iti-
ne(re) diei unius et ideo dicendu(m) e(st)
q(uod) in p(ri)ma die p(ro)cessit p(er) una(m) p(ar)te(m)
civitatis tantu(m) Et clamavit et
dixit adhuc q(ua)draginta dies et Ninive subv(er)te(tu)r
Sic e(ni)m meruerat civitatu(m) delictu(m) ut
dictu(m) e(st) supra Et quia erat co(m)mi-
nacionis ut dictu(m) e(st) sup(ra) co(n)dicio
erat subintelligenda s(cilicet) si n(on) agerent
p(e)n(itenti)am sed n(on) erat co(m)mi(natio) exp(ri)me(n)da
ut predictu(m) e(st) Et crediderunt h(ic)
consequ(en)ter po(nit)ur conversio p(o)p(u)li ad p(re)dica-
tione(m) Jone cu(m) dicit(ur) Et crediderunt
viri Ninivite in deu(m) qui p(ri)us e(ni)m
colebant ydola et p(re)dicaverunt i(eiunium)

x solempniter induxerunt ipso re-
uiuu apspexit per carnis afflictionem
et humiliacione in cultu et uestitu pla
carent dei iram et non hoc solum fecerunt
populares sed etiam maiores Jdio dicit
dicitur de rege ut exemplo eius magis ani-
marent alij Et abiecit uestimentum
suum in signa regalia deponendo et
indutus est sacco a. in signum penitentie
et sedit in cinere in signum humiliacionis
magne Et clamauit pro ob preconis
homines et iumenta huius enim
animalia sunt homini data in adiutorium
Et ideo afflictio eorum in homines redun-
dat propterea ad ostendendum perfectam
penitentiam non solum induxit rex afflic-
tionem homini sed etiam animalium Et cla-
mor addeb in fortitudine deficiente
enim pastu mugiebant qui mugitus
dicebatur ad deum clamare inquantum
pro hominibus hoc ordinabatur ad placa-
tionem sic offense et conuitat[ur]
a quitique de ipso de malo ad bonum
Et subdit racio aliis sit sicuti
tatur quasi d. sicut ipsa ira est
offensus ita forsitan per nostram
penitentiam est placatus ¶ Et
uidit deus Hic consequenter ponitur
condescensio misericordie diuine cum
dicitur Et uidit deus opera eorum a. acce-
tauit et approbauit Dicitur igitur
Et repperit deus ad abel et ad
munera eius et cum placuit est pena
commutata non in faciendo ¶ Certa
tamen per gratiam minime remisit sunt ad
mortem et ciuitas sunt ipsa

i. De qua subuisione ipso hauit sco-
cholicas grec dicitur ecclesia Capitulum iiii

Et afflictus est Hic consequenter
ponitur ione afflictio q[uod]
primo ponitur 2o argui-
tur et dixit Et retrapnum dicit et
afflictus est ionas quia uidit ciui-
tatem adhuc stantem post terminum
xl dierum et sic timuit diffamari
et uilipendi sicut falsus propheta
. qui erat afflictio maior in tanto
quia magis uolebat mori quia uiuere
in statu tali Amigino est uim
meum ac sed quod timebat sui dictum
non impleri propter magnitudinem
misericordie dei propter quod uoluit
fugere a facie domini ut dictum est supra
et patet littera ¶ Et dixit dominus
Hic consequenter in paciencia
ione arguitur cum subdit et dixit
dominus reprehendens eum in paciencia
putas tu recte irasceris tu a.
rationabiliter q. d. non Et egres-
sus est ionas sed cum terminum xl
dierum expectat quod hic exitus hic
ponitur per recapitulationem et
sibi met fecit umbraculum con-
sultus estuum quia a multis est in
tensus Et ad melius arguendum
in paciencia ione ponitur exemplum
sensibile cum dicitur Et preparauit
uit dominus deus ederam faciendo
eam subito crescere supra caput
nature Et letatus est ionas

duplici causa scilicet quia faciebat
sibi umbraculum gratiosum et quia
ex eius miraculosa productione esti-
mavit quod deus suam prophetiam ad
impleret. Et paravit deus vermem
Omnia enim quantumcumque minima
sua prudentia disposuit et per-
cussit ederam corrodendo eius
radicem. Et precepit dominus vento
calido et urenti admittendo cum
solis estu. Et petivit anime sue
ut moreretur tum quia estu supra
modum affligebatur tum quia ex arefactione
edere subito concutiebatur
quod sua prophetia non impleretur et sic
falsus propheta esset quod erat sibi gra-
vius morte quod subdit melius est
mihi mori quam vivere ex quo eius impatientia
irrationabilis concluditur tum dicitur
putasne recte irasceris tu super ederam
id est rationabiliter de arefactione eius
Et dixit bene irascor usque ad mortem id est rationa-
biliter ex causa predicta. Et ex
hoc concludit deus oppositum. Tu
doles super edera id est irrationabiliter
secundum tuam estimacionem et ego
non parcam Ninive quasi diceret multo
fortius debeo compati et con-
dolere tanti civitati vere et pe-
nitenti et parcere de subversione
qui nesciunt quid sit inter dex-
teram et sinistram id est adhuc in statu innocentie
discretionis et iumentis adhuc in-

nocentes et ideo propter tantorum
innocentiam rationabile est tem-
perare iusticie meae rigorem

Explicit prophetia Ione prophete

Incipit postilla super Micheam
prophetam capitulum primum